



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 175. Vincieutes iesum. v. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

120 PASSIO DOMINI N. SECUNDUM MARCUM
rum si non manserint in luce fidei, veritatis scripturarum, & scientiarum
Dei, quorum veloces pedes ad effundendum sanguinem. In concilium co-
rum non veniat anima mea.

¶ 175. Vincientes Iesum v. 1.

Vel per se quod est absurdissimum, vel per carnifices, & ministros,
arctius quidem quam antea circa collum catena & manus funibus, &
corpus cordis, & sic ad iter versus. Pilati prætorium ornata parantur.
Nihil hic dubito quin maiorem Christo impulerint dolorem alligando,
quam opus erat ad vincitum in potestate tenendum, nam odium graue
hoc eis suggerebat. Erat igitur & ignominiosa & dolorosa ista alligatio.
ignominia, quia ingenuum & liberum vinciri teste Cicerone 7. in Verrem.
A&. turpe est, & scelus vincire ciuem Romanum; quanto magis Christum
Dei filium, qui ante quinque dies triumphator descendebat in Hierusalem,
acclamatus pueris; O serena in excelsis, benedictus, qui renuit in nomi-
ne Domini, nunc vinciri, et cum corpus, manus, collum vii virum iniquum
& reum mortis.

Q Deus Deorum quantum tuus derogatum fuit libertati & potentia-
tui, et omnia propter electos. Ego te vincitum contemplans, mi-
lesu, rubore suffundor & dolore, subdolo, quia video quod nimis libe-
rati sint primi nostri parentes & nos, nimisque licenter per illioita fen-
tuos euagari permisimus: tuque ideo Domina vinculis constringeris, fu-
nes peccatorum nostrorum complexi sunt te. Huc nimic traximus nos-
te funiculis vanitatis & quasi vinculum plaustrum fuit tibi peccatum no-
strum. Veruntamen consolamini, consolamini peccatores filij Adæ & Eva-
gementes sub onere catenarum & tu quoque captiuua filia Sion: Qui-
mons gratia, mons oliueti vicinus est, Precipabit iam, iam Dominus iste vi-
ctus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Et telam quam ordi-
nit super omnes nationes. Vincula ista posterioris Adæ prioris vincula denora-
bunt consumentque & gaudebitis in libertate, quia Christus vos libe-
rabit.

¶ 176. Duxerunt v. 1.

Plane peruersus iste modus est, mundi peruersi, nam cæci hic cuncta
videntem ducent, iumenta pastorem suum agunt, infantes docent sapien-
tiam ipsam, & servi tanquam nouis saturnalibus imperant Domino uni-
uersorum, pessimus ordo, in hoc tamen mire splendidi sibi videbantur om-
nes qui in eo agebant personam.

Q Deus qualia sunt iudicia mundi, quam procul distant à iudicijs suis
& veris. Obsecro te me sinas in talam iniuriam decidere ut velim te
ducere.